



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvat̃is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

62. Sabb. Septem Tortores Matris Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

lo, quã
sua di
Quando
, ut Pa
xemplo
ria fru
eamus
ncum.
cunqu
renun-
i enim
nman-
piunt,
s amor
in car-
inatur,
us ob-
minit,
tus, a
onsa.
luceat
rantis
erram
Angeli
eri in-
omni
orum
res flo-
e affe-
um.

stuum, quorum commotores sum sensus
externi, & interni, ut eorum prudentiam dia-
bolicam premere & opprimere non desista-
mus: In appetitione unius Dei, & ambienda
ejus amicitia, ut sit ipse amicus familiarissi-
mus, qui protector fortissimus, comes ju-
cundissimus, & omnia non tantum amicis,
sed etiam servis suis est.

MEDITATIO LXII.

Sabbato Dom. Septuag.

Septem Tortores Matris Dei.

Videbo Dei Matrẽ toto corpore & animo
cohorrescentem inter septem tortores.

Petã agnoscere illos tortores, & Divæ cõpati.

Conf. 1. Quomodo omnis res propendeat
ad sui amorem, & si est capax formandi actũ
amoris, non potest eum non elicere erga se:
qui amor sui, est origo omnis alterius amoris.
Amamus enim alia ex respectu, quẽ habens
ad nos, & si quid ijs accidat sinistra, propter
nos dolemus. Atqui *Caro IESV Caro est*
MARIAE: D. Aug. Serm. de Assumpt.
Unde si B. Virgo non plus dilexisset Filium
suum, quã se ipsam, fuisset adducta quã
maximè ad compatiendum: Atqui dilexit
eum infinities amplius: Hinc:

Aspiciam 1. Tortorem, sensum commu-
nem, propter quem etiam feræ, & apri accu-
runt

runt ad necem suorum: Quamò magis Di-
va? *Matrem considerate, Matrem cogitate,* ait
D. Ambr. L. 6. in Luc.

2. Tortor, sensus præsens: magis enim af-
fectum provocant oculis commissa: sed D.
Virgo patienti carni suæ non poterat non
adesse.

3. Tortor, sympathia, inclinatio & in-
doles, in qua miraculosa naturæ vis est aera-
ctiva, quæ multò maximè invenitur in simili
sui: sed *Caro IESV Caro est MARIAE.*

4. Tortor, societas, consuetudo, amicitia,
mores, virtutesque simillimæ; sed Diva
Filio convixit 30. & amplius annis.

5. Tortor, Ratio, cujus perspicacitati re-
spondet affectus; sed Diva *Conservabat omnia
verba dilecti conferens in corde suo:* Luc. 2. in-
telligentiâ suâ Angelis superior.

6. Tortor: Natura. Dixit D. Chrysost. a-
morem Parentû *grandem naturæ tyrannidem:*
sed *caro IESV caro est MARIAE,* ô igitur do-
lorosam Matrē nimis! cui compatiens sexa-
genarius quidem Dæmoni dudum devotus
contritionē impetravit, Lib. 6. c. 97. S. Brig.

7. Tortor: Gratia incomparabiliter su-
perior naturâ, propter cujus gratiæ torturam
ait Arnoldus Carnotensis: Serm. de B. Virg.
*Vicit sexum, vicit hominem, passa est ultra hu-
manitatem.* O Diva, non sum Filius, quia
nimis

nim
reat
deo
con
tort
sent
2.
agn
s. F
sens

A
Deo
Peta
C
post
riosa
ces:
sensu
Mess
adhu
sang
C
qui v
deati

Dominica Sexages. 101

nimis remotus à patiente Filio tuo: agnosco reatum meum, detestor culpam meam, gaudeo te supplere vices meas, offero me tibi ad compatiendum. Obsecro per illos septem tortores tuos, has septem gratias. 1. Repraesentari mihi bonitatem Passionis Filij tui. 2. Dari ejus meditandi donum. 3. Vivam agnitionem. 4. Respondentem amorem. 5. Proportionatum dolorem. 6. Similem sensum internum. 7. Et externum.

MEDITATIO LXIII.

Dominica Sexagesimæ,

De missione D. IESU.

Aspiciam Dn. JESUM, legatum DEI, quem DEVS legavit ad homines docendos, Deoque per vivam Fidem reconciliandos. Petam ei ex toto obsequi.

Conf. 1. Quòd tota vita Christi fuerit Apostolatus, seu missio, sed difficilis ac laboriosa, utpote ad homines malos & contumaces: Cujus fructus non tam ipse ante mortem sensit, quàm cum lacrymis semina misit. Messiem autem Discipuli ejus collegerunt, & adhuc colligunt, quos ipse de corpore suo & sanguine pascere non cessat.

Conf. 2. Quis non occurrat tanto Legato, qui venit, ut ignorantes doceat, ægris medeatur, mortuos excitet: *Veni, inquit, Ioan.*